

lum ac spissitudinem inducendo, obstructionibus glandularum causam & occasionem subministrat. Atque hinc est, quod ejusmodi cutis vitia non prius deleri possint, quam illi glandularum infarctus resoluti fuerint, id quod toties totiesque compertum habemus.

4) Observatione dignum est, quod contumax scabies aliaque cutis desedationes, quæ sæpius revertuntur, frustra tentatis omnibus aliis remediis, non faciliori modo extirpari possint, quam si diaphoreticis miscantur mercurialia & sulphura mineralium, quæ etiam externe adhibita præstantissimam opem ferunt. Exquisitam enim vim obtinent tenuissimos ductus penetrandi, unde & subsistentes humores potenter resolvunt & glandularum obstructiones prompte expediunt, ita prorsus, ut in expugnanda lue venerea omnibus aliis remediis antecellant. Ex quo sane planum ac perspicuum evadit, quam generosa virtute instructa sint medicamenta chymica, quantumque valeant ad debellendas passiones chronicas, quarum contumacia levioribus remediis ægerrime superatur.

## DECADIS TERTIÆ

### CASUS I.

DE

### AFFECTU ARTHRITICO CUM PECULIARI MANUUM CALLOSITATE.

**S**ine Frau von vier und funffzig Jahren, eines cholerisch-melancholischen Temperaments, hat von der Zeit an, da ihre menles aufgehöret, ungeachtet sie sich an die Ader gewöhnet, und vermeinet der Natur dadurch zu Hülffe zu kommen, dennoch unterschiedliche verdriessliche symptomata bekommen, als Kopff-Schmerzen, verlohrenen Appetit, bisweilen Mutter-Beschwehrung, Drucken und Aufschwell-

schwellen in der linken Seite sub hypochondriis, Aufdehnung des Magens, so, daß ihr nach dem Essen alles zu enge werden will, und ihr der Angst-Schweiß darüber ausbricht. Einige Zeit hat sie auch am Steine laboriret, als sie aber davon befreyet, haben sich Reissen und dolores spastici in Armen und Beinen, im Rücken und über den Kreuz gefunden, auch verurfsachet ihr grosse Verdrießlichkeit ein hernia und proidentia ani, von welchen beyden sie noch stets incommodiret wird, und stehen solche sehr im Wege, daß man sie nicht recht evacuiren kan. Ueberdies zeigt sich jederzeit bey dem Reissen ein Zucken der Finger, und darauf eine Lähmung derselben, mit Anfang des zunehmendenmonds, nebst einem callo in vola utriusque manus, wobey sich auch ein sehr grosser pruritus findet. Dieser callus theilte sich nachgehends und präsentireten sich lauter fissuræ in der Hand. Da nun zuvor dieser callus der andern Hand gleich sahe, so veränderte er sich kurz vor dem vollen Mond in eine ganz schwarze und horniche substanz. Wenn der volle Mond endlich eingetretten, so öffnete sich durch das starcke Zucken diese substantia cornea, und hielt nichts anders in sich als eine materiam tophaceam, dergleichen man in podagra nodosa zu observiren pfleget. Hierauf schellete sich die Haut ab, und vergieng also das Horn nach und nach, und dauerte bis gegen den zunehmenden Mond, da die Historie wiederum von neuen angienge. Hierüber nun hat sie einen Medicum consuliret, der sie mit diaphoreticis und diureticis, essentiis & decoctis lignorum, zuweilen mit pilulis purgantibus & balsamicis, auch mit pulveribus antispasmodicis und äusserlich mit unguentis discutientibus & nervinis tractiret, womit er zwar so viel ausgerichtet, daß die substantia cornea aus den Händen weggeblieben, allein das Reissen hat sich durchaus nicht verlieren wollen. Endlich ist die Patientin vor einen Viertel Jahre ebenfalls wie andere Leute, von einem febre intermittente cum purpura rubicunda befallen worden, dabey sie inacht genommen, daß sie fast alle Morgen in einen gelinden Schweiß gefallen, worauf alle Schmerzen sich verlohren, und ihr recht wohl gewesen, nur daß sie ein wenig matt dabey geworden. Von diesem Reissen ist sie eine geraume Zeit, als sie das Fieber gehabt, denn sie sechsmahl ein recidiv bekommen, ganz frey gewesen. Nun aber findet sich nicht alleine solches wieder, sondern es erscheinet auch aufs neue der callus in beyden Händen. Weil sie nun deshalb guten Rath verlanget, und ihr gern

geholf,

geholfen wissen wolte, so er suchet sie gar höchlich, ihr eine Cur vorzu schreiben, wiewohl sie von Medicamenten sehr abhorriret, nachdem sie derselben bereits so viele gebrauchet.

### Epicrisis.

**A** Ccuratio hujus morbi delineatio ferax est utilissimis observationibus, quas paulo exactius hoc loco perpendere, ab instituto nostro haud alienum putamus.

1. Certa atque indubitabili experientia constat, foeminis, ubi quinquagesimum annum excefferint, cessante menstrua purgatione per uterum, cum variis potissimumque chronicis passionibus conflictandum esse, quibus eo facilius obnoxiae fiunt, si otio indulgent, laute vivant, parum liquidi assumunt, & quod maximum, si assiduo moerore animum excruciant. Tunc enim facillime incidunt in affectus hypochondriacos spasmodicos, qui vulgo, sed perperam uteri vitio adscribi solent. Saepius etiam malum scorbuticum & cachecticum vel dolores arthritici aut calculosi foeminas male habent, quibus provectior aetas hanc uterinam purgationem abstulit. Quarum calamitatum causa haud aliunde nobis petenda videtur, quam ab exuberante humorum copia, nimiaque sanguinis spissitudine, quae tardiori facto humorum circuitu abdominis visceribus labem affricat, eorumque infarctibus & obstructionibus mirifice patrociniatur. Quando enim cunctatior est sanguinis per abdominis viscera progressus, non solum secretio salivalis lymphæ in pancreate & glandulis intestinalibus, quæ chylo conficiendo plurimum servit, vitatur, sed etiam amplissimo hepatis viscere male affecto utilissima bilis secretio depravatur vel minuitur. Hinc vero ilias malorum pullulat, quæ potissimum in ventriculo & intestinis stenam suam adornant, ea producendo symptomata, quæ hypochondriorum vitio imputantur.

2) Multoties & plurifariam animadvertimus, foeminas, quibus ætatis ratio menstruam sanguinis rejectionem abalienavit, doloribus ex calculo infestari, a quibus tamen antea, vigente hoc fluxu, fuerunt immunes; vel horum loco sævis artuum doloribus corripi. Nam quæ ejusmodi in statu collocatæ sunt foeminae, in iis po-

tissimum ob deficientem laudabilis bilis copiam ingens fit intra primas vias acidarum cruditarum proventus, quæ si integræ & immutatæ deferuntur ad sanguinem, calculosæ ac tartareæ concrezioni causam & occasionem subministrant. Salia autem hæc fixiora tartarea, humoribus intime associata, quando cum urina non evehuntur, sed motu intestino agitata subtiliora evadunt, exquisitè sentientes membranas ac ligamenta, quibus artus vincuntur, occupant, unde haud insolens nec inconfectum est, calculum resolvi in arthritidem, & hanc rursus transire in calculum. Non est igitur, quod miremur, si in ægro tante nostra easdem nocentis materiæ translationes observamus.

3. Valde notabilis hoc in casu est callus utriusque manus volans, obsidens, qui sub lunæ augmento in plures fissuras diductus materiam tartaream topochoque similem exstillavit, manifesto utique indicio, ferum sanguinis glutinosum salibusque tartareis refectum fortiori motu ad externas partes relegatum, atque imprimis defixum fuisse in volis manuum, ob tendines copiosos, qui hisce in partibusprehenduntur.

4. Illud etiam animadversione dignum est, quod febre tertiana suborta artuum dolores cum calli generatione penitus expiraverint. Frequens enim sudor, qui deficiente febris paroxysmo largiter fluere consuevit, humorum massam a sordibus salino sulphureis egregie repurgavit. Reversi autem sunt artuum dolores, febre pravis forsitan artificii cohibita, cujus rei frequens ejus reditus haud levem nobis facit suspicionem. Ego sane sic sentio, ad solvendos viscerum infarctus, ad vitiatas humorum secretiones redintegrandas, imo ad antevertendas chronicarum passionum origines magnum in febrili motu positum esse præsidium, si nimirum certis distinctus sit intervallis, quippe cujus beneficio & vasa obstructa referari, & viscerum humores dissolvi omnisque generis excretiones restitui possunt, præsertim, si medicus in id sedulo incumbat, ut saluberrimum hunc motum convenientibus remediis salinis ac stimulantibus, debitoque regimine adjuvet. Licet autem hinc intelligere, quam male ægris consulant, qui hujus motus febrilis beneficio nec uti, neque illud in corporis salutemvertere sciant, in eo unice occupati, ut maleferiatis artificii hos motus suppriment.